Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hic subnotata continentur Vita M. Catonis

Nepos, Cornelius

Argentinae, 1505

VD16 N 522

Brief: Thumas Vuolphius Iunior Iacobo wymphelingo S.P.D.

urn:nbn:de:bsz:31-309461

Visual Library

Plinius.l.iiij.ca.xvij.in fine.c.
Cornelius Tacitus.
Ammianus Marcellinus
Franciſcus Petracha. — qui hæc loca in ger
Blondus — mania ponunt
Hermannus
Aeneas Syluius

Camera apoſtolica diſcernens Metropoles & ꝓuincias.
Sedes apoſtolica mittens legatos a latere.
Leges imperatorum
Antiquitas nominum germanicoꝝ: qualia ſunt Straſburg/ wyſſenburg/Hagenou/Landou/keſtenholts.
Defectus monumentoꝝ gallicorum.
Fundatio eccleſiaꝝ & cœnobioꝝ facta a germanis: Biſantiū/ Dola: Tulla: & urbs Metenſis romanū ꝓfitent imperiū: q̄ tn̄ ẏæ galliæ ſunt viciniores: quā Heluetia Voſagus et Auſtraſia

¶ Carolum magnū fuiſſe germanū: teſtis.
De electione. cap̄. venerabilem.
Sanctus Thomas. de regimīe principū. ca. xvij. &. ca. xviij.
Platina in Hadriano primo.

Thomas Vuolphius Iunior Iacobo wymphelingo. S.P.D.

ſ Olent qui doctrina & eruditione pollent: lucubratiões ſuas ſummis terraꝝ principibus inſcribere: vt q̄ effecerunt fiant venerabiliora. Sic Iulius pollux ad Commodum cæſarē de grāmatica ſcripſit. Sic Vitruuius ad Auguſtū de Architectura. Sic Oppianus ad Antoniū de piſcibus. Tu vero (ut es omnis gloriæ & ampulloſi faſtus cōtemptor) epithomata germanica: opus mehercule & graue & eruditū ſub noīe Thomæ tui (qui cum erūnaꝝ varietate quotidie luctat̄) publicare voluiſti: haud abſimile quiddam a Platone agens: qui Phedoni elidenſi ex cohorte illa Socratica (quamq̄ꝫ is ſeruus fuit) eius tamen nomini illum librū diuinum de immortalitate animæ dedit. Dicam quæ ſentio. nullo unquam munere fui magis delectatus/ placeant alijs aurea/ Argenteaq̄ꝫ

pocula placeant vaſa gēmata & thericlea/placeant ſtructuræ
magnificę: atq; his ſe oblectent. Nos monumēta litteraria lau
damus extollimus admiramur. & hāc p̄cipue hiſtoriam quā
multo labore & vigilia ī germanorꝝ decus excudiſti. nihil ea
terſius/nihil accuratius ſcriptū. Perinde ex fide hic oīa narran
tur: ac ſi fides ipſa dictaſſet. Quū iam defeceris mi doctiſſime
Iacobe exhibebunt te epithomata noſtra tanq; manu tuis po-
ſteris ducentq; per ætates atq; vrbes ut te videant qui nōdum
nati ſunt te audiant te laudibus ꝓſequant̄: facient mihi crede
ut ſemp̄ ſis in manibus ſemp̄ in ore verſeris hominū/& eorꝝ
maxime qui doctiores ſunt & ſtudia politiora amplectuntur.
Non deerūt fortaſſe qui parū id operis probabunt. nec te pro
pterea laboris pœniteat. Noui quoſdam in hoc orbe pene di-
xiſſem in hac vrbe: qui tametſi initiati ſunt & in claſſe eccleſi-
aſtica anteſignani habent̄. magis tamen ludo Teſſerario/aut
cartulis luſorijs delectant̄ q̄ Hieronymi aut Cipriani ſcriptis
Sunt qui dum in æde ſacra horarias præces pſallunt intus &
in cute torquent̄ quid vernula domi agat: & an piperatū egre
gie conditū ſit: an bene ſalitū aſſabulum an lucanicæ craſſæ
ſint & delicate. an ſcite piſces fricti. Et hi nihilominus quādo
nec generoſo ſanguine nec moribus nec doctrina ſunt ſpecta
biles vbi litterarꝝ proceres cōueniunt (qđ cum ſummo dolo-
re refero) primi accumbere volunt & ſubſellijs honoratiori-
bus ſedere. quaſi locus ille eminentior ſplendorē ipſis afferat:
quū e diuerſo locum homo: nō locus hominē exornet/ quod
& Damonidas apud Cheronenſem Plutarchum nō ignora-
uit & canonica decreta teſtant̄. Volui hæc obiter dicere ne illi
qui fortuna duce (quæ ſemper cæca eſt) vel officio vel dignita
te præditi ſunt/plus nimio ſibi blandiant̄ & arrogent impuriſ
ſimis viris (qđ nemo ignorat) ſæpe honores cōmittunt̄. Inde
græcanicū illud ac elegans adagium: Aſinus myſteria vel ſa-
cra portat. Vale mi doctiſſime Iacobe /& ſubciſiuis tempori-
bus conde ac cōpone. quæ mox in tēpore ſis depromptuxus.
vt ſic agas negocium poſterorꝝ teq; vixiſſe teſteris. Vale iterū
Argentinæ curſim ex ædibus noſtris. Anno Criſti. M.D.IIII
pridie kalendas Ianuarij.